



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

23 Beneficentia beneuolentiam subditorum sibi parare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM XXII.

FILIOS IN BELLO IVSTO PRO patria occumbentium publicis sumptibus alere.

Militum certorum liberos alere.

olim Athenienses, Macedones, Lacedæmonij, aliaque antiquissimæ gentes filios illorum, qui in prælio pro ciuitate ceciderant, publico ærario seu sumptibus ciuitatis alabant. Imitandum hoc est bono Magistratu. Ne pereat morbellicæ (quæ est obiectu fortitudinis) memoria: non enim perenne nomen in posteris retinebunt fortes, si ipsorum liberi miseriam sentiant. 2. Ne patria in præpugnatorum tuorum filios sit ingrata. 3. ut milites duplici animo & duplicatis, ut aiunt, viribus aggereantur hostem, hoc dilectate armati & animati: Esto, si viuemus, patria nos colet, si moriamur, familiam alet, nec liberos miseria premi præietur: pugnemus ergo fortiter, alacriter irruamus in hostem. 4. ne languescat militaris scientia.

SIGNVM XXIII.

BENEFICENTIA BENEVOLENTIAM civium seu subditorum sibi parare.

Beneuolum & beneficium esse. Agesilam eos, à quibus odio prosequatur, ad honores uehebat.

1. Agesilaus Rex Laced. ijs, qui clanculū aduersabantur, palàm nō exhibebat negotiū, sed efficiebat, ut ipsū sequerentur in militia, atq; ex his nōnullos duces ac magistrat⁹ exercitus factos uehebat, qui cū in Magistratu improbè & auarè se gessissent, eoq; in ius vocati periclitaretur, 1 2 ipsis



ipsis patrocinebatur. Hac prudentia mederi  
leuolis maluit, quàm eos vlcisci; & hac arte  
placabat, & ex clancularijs, vel clandestinis ho-  
stibus, reddebat amicos: atque ita factum est,  
tandem neminem haberet aduersarium. *Plat.*  
dicebat, officium Magistratus esse erga rebella-  
tes uti audacia, erga subiectos beneuolentia.  
*Virg. Parcere subiectis, &c.*

2. *Philippus Rex Maced.* cum Thebis obses esse  
Philonis Thebani hospitio vsus, multisque in-  
ter beneficijs ab eo affectus est: is cum vicissim  
Philippo nihil muneris vellet accipere: *Non*  
*inquam, Philippus, beneficia superatum hac la-*  
*de spoliis, add haecenus à nemine beneficijs vici-*  
*fuerim. Plat.*

3. *Alexander M.* cedo etiam dicebat, à nemine  
sele vnquam benignitate superatum esse. *Calli-*  
*7. c. 28.* Idem urbem dono cedit cuidam, qui ei  
diceret, tantum munus non conuenire forma-  
sua, respondit: *Non quaro quid te deceat acci-*  
*re, sed quid me dare.* *Seneca 2 de Benef. c. 26.* Inter  
inter Philosophos de felicitate disputantes be-  
nignitatem rogatus dixit, nihil esse beatius, quàm  
multos sibi donis & muneribus obstringere  
(*Seneca 4. de Benef.*) proinde eos, qui mone-  
Principum respuerent, puniendos esse censuit  
ut qui illorum virtuti inuiderent: Vnde *Phoci-*  
*nem, virum integrum & grauem, litteris ma-*  
*nuit, minimè se existimaturum illum sibi ac-*  
*cum fore, si deinceps munera sua repudiaret.*  
*Indi-* xiles, vnus è numero Regum Indiae, occurrit  
*Alexandro, sic illum affatus est: Pro uoco te non*  
*pugnam, neque ad bellum, sed ad aliud certamen*  
*genus, si inferior es, à nobis accipe beneficia.*



*superior, nobis benefacito. Cui Alexander: Atqui, inquit, ob hoc ipsum inter nos certandum est, vter benefaciendo superet alterum. Et humanissimè complexus illum, non solùm non spoliavit ditio- ne, sed auxit etiam. Idem interrogatus, quis opti- mus Principum esset? Qui, inquit, amicos donis retinet, & inimicos beneficijs amicos facit. Plur.*

4. *Agasicles Lacedæm. Rex cùm interrogaretur, quo pacto quis tutò imperare posset nullo stipatus satellitio? Respondit: Si sic imperet suis, quemadmodum imperat pater filijs. Quo docuit imperatoris esse, benevolentia & benefactis ad- iungere sibi ciuium animos, nec tum opus esse barbarico conductitioque satellitio.*

5. *Cymonem Atheniensem Principem vsque ad eò liberalem munificumque fuisse tradunt Græcorum scripta, vt cùm pluribus in locis prædia rusticana haberet, nunquam tamen in ijs custodè habuerit, ne quis impediretur, quò minus rebus eius quibus vellet frueretur, semperque eum nummati pedissequi sequebantur, vt si quis eius ope indigeret, haberet quod statim daret, ne dif- ferendo negare videretur.*

*Vide de liberal. in subduos.*

6. *Anaxilaus Rex hoc vnum Regibus felicissi- mum euenire existimabat, quòd à nemine vinci possent beneficijs, cùm nullum sit certius felici- tatis argumentum, quàm posse quamplurimos felices facere. Phauor.*

7. *Antigonus Macedoniæ Rex, mirantibus nouo imperio asperiozem fuisse, extremo verò cle- mentiozem: Prius, inquit, regno ac potestate opus fuit, nunc gloria ac benevolentia subditorum. Sen- tiens imperium vi quidem & armis parari, sed non nisi honesta opinione & fide, neque noue-  
1 3           neuo-*



neuolentia ciuium retineri.

8. Si quæ sunt hominum dicta memoranda, certè videntur, quæ paulo ante excessum ab eius corporis ergastulo prolata sunt. De Cynophon ait: eum moribundum Cambyfi comdasse amicos his verbis: *Te quoque, mi Cambyse, scire velim, non aureū hoc sceptrum esse, quod tibi nū tibi conseruet, sed amici fideles regibus & verissimū & tutissimū sceptrū sunt. Comparandi autem non natura, nec vi, sed potius beneficentia.* Et autem: *Corpus meum, ait, o filij, cum diem in supremum clausero, nec in auro condito, nec in argento, nec vlla in re alia, sed terra quamprimò reddite. Quid enim beatius quā in terra abdi, omnia praeclara, bona omnia profert & nutrit.* strendò hæc eius vox fuit: *Si benefici in a fueritis, etiā in hostes animaduertēdi facultas erit.*
9. *Augustus Cesar*, postquam imperium adeptus, nihil se magis sibi gratulari dixit, quam quodd gradū illum iam conscendisset, vnde vueris beneficiendi facultas præstaretur, cum illud amplitudinis certum sit testimonium, omni beneficiā promereri. *Dio lib. 54.*
10. *Vespasianus Imp.* admonitus ab amicis, vter ueret à Metio Pomposiano, quod de hoc rumo increbuerat, fore vt aliquando regnaret, non solum sibi ab illo non metuit, sed & fecit illum Consulē: id admirantibus amicis: *Erūt, in quolūm memor tanti beneficij.* Sueton.
11. *Titus Imp.* ait Sen. c. 8. adeo fuit animo in omnes benefico, vt non permitteret quempiam se, minus voti cōpotem factum, tristē abire. Et aliquando recordatus super cenam, quod nihil cuiquā toto die præstitisset, ex intimis duxit sp



ricum præcordijs, & amicis illius causam percontantibus, memorabilem illam, meritoq; laudatam vocem edidit: *O amici, diem perdidisti*, quibus verbis innuebat, eum diem sese inter dies vitæ minimè numerare, quòd nihil cuiquam toto illo die præstitisset. Non ob multa, quæ multis diebus dederat; sed quòd vnus dies nihil danti abijisset, ingemiscebat ac dolebat, S. Hieron. *in c. 6. Epist. ad Gal.* inquit: *Titus filius Vespas.* qui in vltionem Dominici sanguinis subuersis Hierosolymis Romam victor ingressus est, tantæ dicitur fuisse bonitatis, vt cum quadam nocte serò recordaretur in coena, quòd nihil boni die illa fecisset, dixerit amicis: *Hodie diem perdidisti*. Nos putamus non perire nobis horam, diem, momenta, tempus, ætates, cum otiosum verbum loquimur, pro quo reddiruri sumus rationem in die Iudicij. Quòd si hoc ille sine lege, sine Euangelio, sine Saluatoris & Apostolorum doctrina, naturaliter & dixit, & fecit, quid nos oportet facere? Hæc Hieron.

12. *Largius* Dictator optimum & firmissimum esse imperiū dixit, quòd subditos beneficijs magis, quam supplicijs in officio cõtineat: illi enim benevolentiam, huic metum esse comitem; quidquid autem timeatur id necessitate naturali exosum esse omnibus. *Dionys. Hal lib. 6.*

13. *Aureliano Imp.* iam facto, sciscitanti quomodo imperandum esset, vel Resp. rectè administrari posset, respondit vnus ex Proceribus: *Si plurimos Reip. rectè administrare volueris, auro & ferro reddunt te tantum esse oportet; ac ferro quidem contra hostes vti, tui verò obseruantes auro remunerari.* *Zonar.*



14. *Alexander Seuerus* descriptum habebat, cui praestitisset, qui nihil, aut minimum petent, ad eos dicebat: *Quid est cur nihil petis? tibi vis fieri debitorem? pete, ne priuatus dequeraris.* Agnoscebat Principem debere suo fungentibus officio; nec æquum iudicabit, ut probè suo defunctus officio priuatus egeret. *Lampr.* Indicare etiam voluit, subditorum ita se gerere erga superiores, ut digni sim amplissima à Principe accipiant munera. rogatus, quis esset Rex optimus? respondit, amicos muneribus retinet, & inimicos bene sibi conciliat. *Max. ser. 9. de Magistratu.* dixi, Alexandro Magno tribuit.
15. *Michael Paleologus* Imp. Orientis, ad initia imperij beneficus fuit, ut sua ætate vniuersi Orbis Principes liberalitate super idque eam ob causam, ut subditorum animi sibi conciliaret. *Gregoras lib. 5.*
16. *Carolus Magnus* admonitus, ne cui liberis, ita præsertim indignis, beneficeret, respondit: *Qua charitate nos hæcenus tulit Pater tuus, &c.* *Mutius lib. 8.*
17. *Ludouicus XI. Gallia Rex,* quos vel meminerat, vel à quibus aliquid speraret, eos omnino ad se traducere studebat, & si fortassis pulsam ferret, nihilominus donis & magnis licitationibus instabat.
18. *Mauritius Comes Andegauensis,* inter cetera, quæ fratri successoris futuro bene regnantis dedit documenta, illud non in postremis legitur, ut ante omnia, initio præsertim nationis, satageret amicos sibi parare, quod pluris sint faciendi, quàm quantum libet magis



opes & diuitiæ. Nam & se tota sua vita omnem curam in eo posuisse, omnem cogitationem illuc conuertisse, illuc semper collineasse testabatur: cum cui plures sunt amici, huius domus nec inops, nec destituta dici queat. *Bellefo. Theu. Vide in loco i. Triumpho virt. de Constantio Chlora.*

19. Cùm *Elzearius* Comes ac Princeps propter eximias virtutes ac magnas opes in magna esset gratia apud Robertum Gallie Regem, itemque apud Carolum eius filium, qui Neapolitanum regnum pro patre administrabat, & apud eum omnia posset, lautissima munera & ditissima ad eum quotidie deferbantur; sed ille omnia constanter repudiabat, cùm diceret, etiamsi non ignoraret, posse se quidem sine culpa accipere, veritate tamen ne suo exemplo alij mouerentur, qui superbia deinde etiam cum culpa acciperent. Itaque cùm animo aliquando ex cubiculo suo ita auditus esset orare: *Domine tu mihi in celo debes centum aurei vnde libenter, itemque, duos pannos purpureos*, interrogatus, respondit, quia illo die ea munera sibi oblata respuisset. Cùm autem videret pauperum causas & negotia in aula negligenter commotus, accessit ad Principem, magnopere petens, vt se pauperum Aduocatum constitueret. Quod cùm impetrasset, ea procuratoris tamquam Regno, adepta lætus, grandiuolum sacculum fieri iussit, in quem supplices omnium libellos conijciebat, eaque re vulgata, tanquam regnans ad eum concursus inopum fieri coeptus est, vt misisset quoties domum rediret, vix ianuam posset ingrederi. Atque id quidem munus omni studio excusabatur, audiebat eos diligenter & sedatè, et magna nisi superflua & inepta proponerent. Qui et

*Factis praestit se beneficium.*



iam cum semel in eo esset, ut lotis manibus se accumberet, importunè quidam accedens, siuit quid de suo libello factum esset? ac illi spectare eum iubens, surgit è mensa, statim curiam properat, confecto que negotio reuertens cum pauperi homini satisfecisset, tum desinescit. Hæc autem erat eius vita, hæc oblectamentum.

20. *Alphonsus* Siciliae Rex interrogatus quid uaret sibi, qui tam multis tam multa donare inquit, *qua dono, cetera in meorum numerantur sunt.* O vocem heroicam & Principe dignam. Nunquam deficiunt charites; cum dantur, tur; cum absumuntur, multiplicantur operibus. idem dicebat, canibus oblatrantibus bellantibus offulam obijciendam, sentiens affectos ciues beneficijs esse vincendos. P.

21. Quemadmodum Epictetus ait, *apud Stoicos* (Mag.) Sicut sol preces aut blandimenta non spectat ut exoriatur, sed statim surgit, & a nobis salutatur; sic tu nec plausus expectat strepitus vel laudes ut benefacias, sed sponte nefac, & pariter ac sol omnibus charus erit. *Maximilianum I.* dixisse ferunt, charitatem expectare preces hominis egētis, sed ubi necessitatem videt, ante preces opitulatur & auxilium fert. *Reusn. in Symb. Imp.*

Prou. 13.  
Spes que  
differtur  
affligit ani-  
mam.

22. *Imp. Theodosij* tam certa fuisse beneficijs scribit in *Paneg.* ut tum accepta videretur cum sponderet: quia vota hominum minuit, ne quidem fatigabat, neque adhibebat laboribus artem difficultatis, seu non captabat beneficijs suis commendationem ex difficultate. Rectè enim ait Seneca 2. de Benef. c. 5. *Nihil amarum est, quam diu pendere.* Et: Beneficijs



debet esse lenta, nec iniuria precipites. Contra  
Pertinax Chrestologus fuit appellatus, quia liberaliter omnia pollicebatur, nihil autem præstabat.

Dio Dionysio suadebat, vt Platonem Athenis arcesseret, totumque se ei traderet Philosphiæ præceptis imbuendum, docens adamantina vincula imperij (quod eius pater Dionysius dicere solebat) non esse vim ac metum, neque magnum robustorum iuuenum numerum, neque arces montibus impositas, vt ait Horat. sed ciuium beneuolentiam, & propensam in Principem voluntatem, ex eius virtute & iustitia in illorum animis insitam. Huic consentit illud AEmilij Probi: *Nullum imperium tutum, nisi beneuolentia munitum.* Et illud alterius: Dux sunt rationes asciscendorum hominum, violentia, & comitas; illa durior est, & cum molesta inferenti, tum acerba erenti; comitos verò vtrique iucunda; & vterque certè honorifica est: quia laboriosius est trahere, quàm ducere hominem.

Concludam hæc illo dicto Platonis ad Diocletem, qui natura acerbus, asper, & non satis ad homines obseruandos & colendos propensus erat: *ἡ δὲ ἀσθένεια τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὴν πράξιν ἐμ. ἡ δὲ ἀσθένεια ἐρημικὰ ζῆλονος:* rerum agentiarum facultas ex eo, quòd quis placet hominibus, & eorum beneuolentia comparatur; contumacia verò, seu præfractus animus solitudini contubernalis est.

SIG-